



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

An Parochus, & alij ad residentiam ad stricti possint abesse causa studij.
Cap. XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

mentis, & alijs obuentionibus
communiter percipi solitis, eis
assigetur; sed in praedicta sum-
ma scutorum 100. vel 50. non
sunt computandæ eleemosinae al-
taris, funeralium, & alia huius-
modi, quæ Vicarius postea ex
suo labore, & officio percipit, sed
illa incerta, quæ habent quam-
dam certitudinem, ut sunt deci-
mæ, seu primitæ frumenti, vini,
& aliorum fructuum, ut d. Ricc.
in Prax. for. eccl. par. 3. ref. 469.

40 Addit glos. in cap. extirpanda §.
qui vero ver. perpetuum de Präb.
quod Vicarius eo ipso intelligi-
tur perpetuus, si auctoritate Epis-
copi est institutus per text. in cap.
ad bac de offic. Vicar: ubi dicitur,
quod in tali casu à Rectorre re-
moueri non potest.

S V M M A R I V M.

- 2 Episcopus hodie non potest dis-
pensare cum Parochio, ut possit
abesse causa studij.
- 2 An hoc procedat etiam respectu
Parochorum docentium.
- 3 Canonici, ac Dignitates ex ea-
sa studij per quinquennium
abesse possunt.
- 4 Quando Canonici hoc priuilegio
gaudeant.
- 5 An terminus quinque annorum
referendus sit tam ad Studentes,
quam ad docentes.
- 6 An ad hunc effectum requiratur
licentia proprij Episcopi.
- 7 An teneatur Ordinaries dare hu-
iusmodi licentiam.
- 8 An Canonici in tali casu debeant
loco sui substitutum relinquare.

C A P. XIII.

An Parochus, & alii ad residen-
tiam adstricti possint abes-
se causa studij.



Vamuis secundum iu-
ra antiqua Episco-
pus posset cum obti-
nentibus parochia-
les ecclesias ex causa

studij dispensare ad septennium,
ita ut eo tempore nec teneretur
residere, neque infra annum su-
scipere sacerdotium, sed tantum
subdiaconatum, ut ex cap. cum
ex eo de elect. in 6. hodiè tamen
per decretum Concilij Tridenti-
ni sef. 23. de ref. cap. I. cessat dispo-
sitio dicti textas: & ideo ultra
duos menses à Concilio prescri-
ptos abesse ex quavis causa ne-
queunt, ut cœluit Sac. Congrega-
tio Concilij teste Ricc. in Prax. for.
eccl. par. 1. ref. 321. & in Collect.
decis. 583. par. 3: Prosp. de Auguſt. 1.
in addit. ad Quarant. in ver. resi-
dencia vers. item limita, & alijs
quos refert & sequitur Barbos. de
offic. & pot. Episc. par. 3. all. 53. nu.
77. & all. 56. num. 30. & ratio est;
quia cum hodie parochiales ec-
clesie conferantur per concursū,
presupponitur in eo, qui magis
idoneus repertus est, scientia
necessaria; & ideo opus non est,
ut à sua ecclesia absit causa stu-
diorum, ut dicit Bonacino. 1. in
Tract. de oner. & oblig. Beneficiar.
ad resid: disp. 5. pun: 5. num. 16. &
hoc etiam procedere respectu
Paro.

Parochorum docentium, tenet
Garc. de Benef. par. 3. cap. 2. num:
108. quamuis contrarium sentiat
Bonacino loco cit. vbi afferit, posse
Episcopum concedere licentiam
Parocho, vt causa docendi abesse
se possit, si grauis necessitas ad
docendum superuenerit, & Pa-
rochi opera necessaria sit

3 Verum Canonici, & dignita-
tem obtinentes, & alij ad resi-
dentialiam adstricti ex causa studij
theologiae, seu Sacrae Scripturæ,
etiam hodiè possunt abesse per
quinquennium, & non ultra: quo
tempore studentes huiusmodi
scientijs, seu disciplinis fructus
præbendarum suarum percipiunt
vt in cap. vlt. de Magistr. Concil.
Trident. sess. 5. de ref. cap. 1. Ricc. in
Collect. decis. 2426. par. 6. Barbos.
d.all. 56. num. 18: & seq. Garc. par.
3. cap. 2. num. 54 & 101. quod etiā. 5
ad studentes iuri canonico, & ci-
uili extenditur, cum hodiè ad
benè regendam ecclesiam non
magis Theologia, quam ius ca-
nonicum, & ciuile requiratur
cap. 2. de Priuili. in 6. immò Ricc.
in Prax. par. 2. ref. 33. hoc priuili-
gium extendit etiam ad Gram-
maticam addiscendam, cum
hæc sit fundamentum omnium
scientiarum. hoc autem quin-
quennium currere a die, quo
cepit quis studere, dicit Barbos
d.all. 56. num. 31. Prosp. de Auguſt.
ad Quar. in ver. residentia vers. &
quoniam.

4 Obseruant tamen Doctores,
huiusmodi priuilegio tunc Ca-
nonicos gaudere, si minores sint
30. annis: & in scholis genera-

libus, seu in publica vniuersita-
te doceant, aut studeant, ita
Garc. de Benef. par. 3. capit. 2.
numer. 81. & alij apud Barbos. d:
par. 3. all. 56. num 29. Vnde non
sufficeret, quod in aliquo loco
vbi nullum, vel minus compe-
tens est studiorum exercitium,
hisce disciplinis operam darent
cap. tue fraternitatis de Cler. non
resid. subdit tamen Garc. d. cap.
2. num. 81. quod si iam studium
incepissent, & adhuc non absolu-
tiuit, non esset eis denegan-
da huiusmodi licentia, etiamq;
essent maiores 30. annorum.
Dicitur autem studium generale
quod est erectum, & institutum
per Papam, Regem, aut Prin-
cipem Barbos de Canon. & Digni-
tati. cap. 27. numer. 48: & d.all. 56.
num. 22.

Obseruant 2. terminum quin-
que annorum in d. capit. fin. de
Magistr. referendum esse ad stu-
dentes; nam docentes quoad
priuilegium percipiendi fructus
in absentia non habent ullam tem-
poris determinationem, sed eo
gaudent quamdiū docuerint
Barbos. & alij communiter in di-
ecto capit. fin. Nanar. cap. 25. num.
121. etiamsi prebendę, quas ob-
tinent, sitę sint in Cathedrali
eiusdem Cinitatis, in qua pu-
blici lectoris manere funguntur,
vt censuit Sac. Congregatio apud
Farinac: dec. 137. vir. 4. Diuers.

Obseruant 3. non requiri ad-
huc effectum licentia proprii Epis-
copi quoad docentes Sacrae Scrip-
turam, vel Theologiam, aut ius
Canonicum: quia eam ius conce-

O o dit



dit in d. cap. fin. de Magistr. ut dicit Nau: in man. cap. 25. nū. 121. Barbos: de offic. & pot: Episc. p: 3. d. alleg. 56. num. 33. Garc. par: 3. cap. 2: n. 94. nisi alias scientias præter narratas docuerint, tunc enim licentia. Episcopi requiritur Nau: loco cit. Prosp: de August: ad Quarant. in ver. Residentia vers. verum. reuocatur. in studiis vero semper requiritur Episcopi licentia cap. tuæ fraternitatis de cler. non resid: etiâ si huiusmodi dispensationem, & indultum percipiendi fructus in absentia causa studij. sede apostolica impetraverint ex constit: Pij IV. incip. Sanctissimus, quam resent Quarant. in ver. Residentia Barbos: d: all. 56. num: 28. & 29. debet enim Episcopus cognoscere, an absentia sit causa studij, an in loco, ad quæ accedere intendunt, 7 vigeat studium generale, & an sint minores 30. annis, ac dociles iuxta d. cap. fin. de Magistr. ut aduertit Prosp. de Augustin. loco cit: vers. predictam conclusionem.

Hac de causa censeo, neque docentes sacram Scripturam, vel ius canonicum posse abesse sine licentia Episcopi, qui etiam in tali casu inspicere debet, an le: Eturi sint in publica vniuersitate iuxta cit. cap: fin. de Priuilei. in 6. & an habeant facultatem docendi concessam ab eadem vniuersitate, seu Collegio Doctorum, sine qua non gaudenter priuilegio percipiendi fructus in absentia, ut decisum resent Barbos: de Can. & d. dignit. cap. 27. num. 50. & c: 35. num. 15: in fin. & in cap. fin. num. 4. de Magistr: alias episcopalibus

auctoritas contemnatur, & fraudes multe sequerentur; Vnde Pius IV. in d. constitutione declarauit, dispensationem, & indulta de percipiendis fructibus præbendarum, & beneficiorum in absentia causa studij, quæ a Sac. Poenitentiaria, vel sede Apostolica concedi contigerit, nequaquam huiusmodi absentibus suffragari, nisi singulorum ordinariorum locoru, in quibus singula beneficia huiusmodi constitunt, consensus gratis præstandus ad id accedat, quare ita tenet Prosp. de August: in addit. ad Quarant. in ver. Residentia vers. predictam conclusionem. vbi etiam dicit, quod in d. cap. fin. conceditur licentia quoad effectum lucrandi fructus, non autem quod ad discessum.

Observant 4. quod Canoniciatus, & alia beneficia non curata residentiam requirentia obtineantibus tenetur ordinarius dare licentiam, ut abesse possint causa studij, dimidio concurrant requisita, alias possint appellare, & recurrere ad Superiorem, ita Abb. fel. Zerol. & alij apud Garc. d. par. 3. cap: 2. num. 86:

An vero teneantur in tali casu loco sui substitutum relinquere? negatiuè respondet Prosp. de August. loco cit. vers. predicta amplia.

S V M M A R I V M.

Prouisi de dignitatibus, & canoniciatibus in ecclesijs Cathedralibus, aut de beneficijs cura animarum habentibus tenentur intra duos menses à die adepti pos-

